


BIBLIOTEKA


Zakl. Nar. im. Ossolińskich


XVII


17

703









QVÆSTIO

495
B

DE DIVINA
VOLVNTATE ET
RADICE CONTIN-
gentiæ.

A MARTINO CAMPIO VADOVIO
Theologo Ordinario, publicè in Alma Acade-
mia Cracouien: Die Iulij ad disputan-
dum propofita.

*Præsidente Admodum Reu^{do} ac Magnifico D^{ña}
M. Andrea Schoneo S. Theologiæ et f. V.
Doctore, eiusdem Academiæ Rectore Vigilanti-
tissimo, et Procancellario dignissimo.*



CRACOVIAE,

Apud Viduam Iacobi Sibeneycher, Anno Dⁿⁱ,

1608.

18.137

QVÆSTIO

DE DIVINA

VOLVNTATE

RADICE CONTIN

GENE

A MARTINO CAMPIO VAPOVIO

Theologo Ordinario publico in Alma Acad

theologica



Præsidente Abbatum R. de ...

M. ...

...

...

XVII - 703 - III

...

Perillustri ac Rndissimo Dño,

STANISLAO SVŁOWSKI,
ABBATI TINECENSI, DOMINO
Mœcenati ac Patrono singulari.



Si non mediocri beneficio Conuentus Tinecensis deuinctus, non posse me plus vlli loco, quàm illi debere, ingenuè profiteor; tamen vehementer mihi gaudeo, & illi gratulor, Te virum omni heroicarum virtutum genere ornatissimum, litterarum & licetatorum virorum amantiſſimum, nostræq; Academia studiosissimum, Abbatem illi di-

uinitus datum esse. Quem, cum florere ingenio, dexteritate, industria, aliisq; egregiis & amandis animi dotibus, Ecclesia semper suscepit; quo maius curriculum incitamentumq; virtus tua haberet; illi fruendi potestatem, Aula sollicitæ eiusmodi virorum non denegauit; in qua ita cautè agis, vt non offendas; ita modeste, vt omnibus placeas; ita liberaliter, vt paucos inuidos: plurimos amicos habeas, ita splendide, vt qui sis, & quibus ortus (quanquam id minus quàm alia estimas) appareat. Ita verò comitate, benignitate, hospitalitate, cum omnibus certas, vt nullum tibi tempus effluat vacuum laude aut gloriæ sterile. Quæ res me mouit plurimum, vt cum disputationem Theologicam publicè instituere in animum induxissim, Tu mihi occurrisses, cuius fauore & patrocinio fretus, possem confidentius in arenam descendere. Talem enim Te in animo meo gerere cœpi, qualis profectò es, nec aliter statuere possum, quàm illud, quod Te familiaritatibus amicitiiſq; doctissimorū ac prestantissimorum virorum dedisti, ac iudicio eorundem dignus habearis, quem propter integritatem & humanitatem venerentur omnes, propter ingenium verò litterasq; colant. Quem ego vnus ex omnibus mihi in vita reliqua præcipuum debere esse duxi, quoniam ex quo cœpi esse in clientela tua iam est nescias à minimo animi tui sensu alienam habere voluntatem, imò verò quidquid colligere mihi existimationis ex bonis litteris poterò id totum ad amplificandam nominis tui claritatem curabo referri & optabo. Quem animum meum vnà cum hæc exigua animi testificatione obseruantis meæ erga Te vt boni consulas etiam atq; etiam rogo. Datum è Collegio Maiori XI. Calend: Iulij, Anno Domini 1608.

Perillustri ac Reuerendissimæ D. V.

obseruantissimus

M. Martinus Campius Vadouius,
S. Theologiæ Professor ordinarius.

Quæstio
DE DIVINA VOLUN-
TATE ET RADICE CONTIN-
gentiæ.

*U. Diuinæ volūtatis actus lumine naturæ et fidei
notus circa increatam essētiam et creaturas pos-
sibiles necessarius: Circa tamen creaturas futu-
ras omnino liber, sine ulla perfectionis additi-
one, simplicissimus, immutabilis, ac inuariabilis,
quibusdam rebus necessitatem imponat, quasdam
verò contingenter fieri permittat, nec ne?*

CONCLUSIO I.

*Diuinæ voluntatis actus lumine naturæ, et fidei
notus est.*

COROLLARIUM I.

In Deo voluntas est per modum actus purissimi.

COROLLARIUM II.

*Deus vult voluntate beneplaciti omnium salutem
& rectam vitam.*

COROLLARIUM III.

*Omne intelligens est volens, lumine naturæ conse-
quenter se habent.*

CONCLUSIO II.

Diuine voluntatis actus circa essentiam suam et bonitatem est necessarius.

COROLLARIUM I.

Deus suam Naturam & personas absoluta necessitate diligit.

COROLLARIUM II.

Deus cum se amat necessario non se amat vt finem propriè ac positiuè, sed negatiuè.

COROLLARIUM III.

Diuinus amor versatur circa creaturas tanquam media in ordine ad finem.

CONCLUSIO III.

Voluntas Dei necessario fertur in res possibles.

COROLLARIUM I.

Deus amore simplicis complacentiæ diligit creaturas possibles necessario.

COROLLARIUM II.

Diuina voluntas liberè volendo aut nolendo causa est, vt res sint vel non sint.

COROLLARIUM III.

Voluntatem Diuinam necessario ferri in res possibles nihil dicit imperfectionis.

CONCLUSIO IIII.

Voluntatis Diuinæ actus circa creaturas est omnino liber.

COROLLARIUM I.

Deus vult omnia extra se propter suam bonitatem.

COROLLARIUM II.

Deus nullam diligeret creaturam nisi seipsum prius ratione diligeret.

COROLLARIUM III.

Ex objectis creatis Deus vult vnum esse propter aliud, non autem vult vnum propter aliud.

CONCLUSIO V.

Voluntas Dei qua voluit ab æterno creaturas producere non est aliqua realis Dei perfectio ipsi intrinseca.

COROLLARIUM I.

Actus voluntatis Diuinæ vt terminatur ad Diuinam essentiam, dicit perfectionem in Deo.

COROLLARIUM II.

Actus voluntatis Diuinæ quatenus terminatur ad Creaturas, quo pacto est causa potens illas producere, est perfectio in Deo.

COROLLARIUM III.

Velle diuinum vt ad creaturas terminatur non est quid reale in Deo.

CONCLUSIO VI.

Diuine voluntatis actus simplicissimus, immutabilis, ac inuariabilis, quibusdam rebus necessitatem imponit, quasdam verè contingenter fieri permittit.

COROLLARIUM I.

Tanta est eminentia actus voluntatis Diuinæ, vt illo possit Deus vnumquodque obiectum amabile iuxta mensuram & dignitatem eius, vel necessario vel liberè diligere; aut etiam odio habere.

COROLLARIUM II.

Diuina voluntas est causa contingentia ratione suæ infinitæ efficaciam.

COROLLARIUM III.

Ex eo quod Deus voluit ab æterno omnia, non sequitur ea necessario ita esse necessitate absoluta, sed tantùm conditionata.

Hæc Quæstio cum suis Conclusionibus & Corollariis disputabitur in Lectorio DD. Theologorum Almæ Acad: Crac: die Iulij.

Ad maiorem Dei Opt: Max: Gloriam.



CONCILIO VI

In nomine domini Amen. Nos Johannes Baptista de ...
...
...

CONCILIUM VII

Actum in ...
...
...

CONCILIUM VIII

Actum in ...
...
...


CONCILIUM IX

In nomine domini Amen. Nos ...
...
...

Hic Quisio ...
...
...

Actum in ...
...
...

6/10/12



6143
2

